INSTRUCTIO GNOSO DEMITRIO SOLIKOWSKI AD CAPITULUM VARNIEN. DATA

Varsoviae XII. Martij

Pernecessarium nos arbitrati esse, ut quemadmodum opera Ill.mi
Domini Cardinalis et Episcopi Varmien. in magnis negocijs in Curia
Romana utendum nobis esse hoc tempore duceremus, viam rationem
invenire, per quam et illi absenti, et Ecclesiae Varmien. procurato-
re usque pastore destitutae, his tam gravibus et periculosis tem-
poribus, et eo Dni Domini Cardinalis aetatis flexa premi-
nere ~~aetatisque flexa~~ officioque nostro Regio provideatur,
In qua Cogitatione nobis saepe versantibus, et omnia ingre-
ßibus, nullam rationem commodiorem, nec isti Ecclesiae utiliorem oc-
currisse, quam si opera nostra eidem Domino Domino Cardi-
nali sanctae Sedis Apostolicae autoritate daretur, Coadjutor cum
futura successione qui hoc quidquid oneris esset in se reciperet,
et bona resque Ecclesiae Varmien. administraret. Etsi vero
minime dubitemus in ipso Praelatorum et Canonicorum Var-
mien. collegio reperiri nonnullos, qui huic muneri, atque oneri
sustinendo apti et idonei essent, longe tamen ad eam rem nobis
aptiorem, et maxime idoneum Dominum Martinum Cro-
merum Secretarium nostrum virum esse omnes scimus,
atque ipsum inde a tempore divi parentis nostri, tam in aula
nostra, quam apud summos orbis Christiani Principes et
monarchas.